

1857

HOMILETICI.

1858

pore. Hinc non dubito, de nostris Sermonibus agi, rescribendumque in Nota illa *Patavini pro Parisiensis*. Quae porro ulterius ibidem notantur, adscribere hic placet. *Hunc librum testatus est Monasterio sancte Dorothee virginis dominus Michael Plebanus in Pölan (Pölla, Altpölla Auftr. infer.) Canonicus in Sancto Stephano hic wienne, et singularis Capellanus domini Regis romanorum &c. monasterij nostri prenominati fundatoris, quem in Langendorf vngarie constitutum et in extremis laborantem sacramentis ecclesiasticis procuravit. Anno domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. Tricesimo nono. Idcirco fratres Karissimi orate dominum deum benedictum et gloriosum pro animabus amborum. Sciant etiam fratres mei dilecti, quod prescriptus Rex romanorum fuit dominus Albertus quintus (Imp. II.) Illustris Princeps Austrie et postea factus etiam Rex Hungarie ac Bohemie. Locus mortis Langendorf Hungaris Neszmél dicitur.*

DCCLXXI.

*mibi iniqui fabulationes &c. Tanta est diuine legis excellentia, ut quidquid extra ipsam est fabulatio censetur &c. et in quo legas: Suscipe digne pater totius ordinis minorum minister &c. Sermones censentur CXCII. quorum primus est ille, qui superius secundus dicitur. Codici praetexta est Lacinia cuiusdam Commentarii rabbinici.*

DCCLXXII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3150 XIV. Folior. 218. 8. per duas columnas luculente exaratus, rubro distinctus et olim ejusdem *Monasterii* continet Excerpta e *Sermonibus* praedicti *Lucae* melius *Patavini*, quam *Parisensis*, quamvis etiam hic *Parisinus* vocetur. Initium fecit Librarius a *Sermonibus in Dedicatione Altaris* et *Ecclesie*, tum ab *Adventu* orditur ita, ut Sermo: *Uniuerse vie domini* &c. supra citatus demum fol. 17. compareat. Excerpta plerumque brevia sunt, eaque solum in *Evangelia* et *Epistolas de Tempore*, paucis *Festis* adactis.

DCCLXXIII.

R. 3157 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 209. 4. min. per duas columnas minute, sed elegantissime exaratus, rubro distinctus, et olim ejusdem *Monasterii* perfectius est *Sermonum F. Lucae*, qui hic neque *Parisinus*, neque *Patavinus* audit, Exemplar praevio tam *Indice Verborum*, quam *Schemate omnium Sermonum*, tum etiam *Prologo instructum*, qui incipit: *Narrauerunt*

Codex membraneus lat. Sec. R 947. XIV. Folior. 159. f. per duas columnas exaratus, rubricis distinctus, et olim Collegii S. J. *Vienne* continet varia *Jacobi de Voragine* seu *Varaze* ex Ord. Praed. ad *Genuensem* Archiepiscopatum. a. 1292. adsumti, et a. 1298. mortui, et 1) quidem *Quadragesimale*, quod a *Die Cinerum* incipit:

pit: *Filia populi mei induere cilicio* &c. et pluries impressum est. 2) a fol. 55. p. 2. Sermones de Festis Domini, B. V. Mariae et Sanctorum, quorum primus de *Natiuitate Domini* incipit: *Natiuitas domini Nostri ihesu christi secundum carnem, ut quidam ajunt* &c. Etiam hi pluries lucem videre. 3) a fol. 103. p. 2. Compendium e famosa ejus *Legenda dicta Aurea* sive *Lombardica*, aut *Vitis Sanctorum*. Tria ejusmodi Compendia citant *Quetifus* et *Echardus*, ubi de *Jacobo* agunt, T. I. p. 456; nostrum non memorant, quod in Praeloquio Autorem prodit; ita enim orditur: *Quoniam indiscreta diuisio sententiam lacerat, discreta uero superstitiones eliminat* — *Hinc est quod ego her-*

*mannus clericorum minimus precibus pauperum inclinatus quendam libellum de sanctorum passionibus colligere propono* &c. Atque ideo Compendium istud *Pronunciamentum excerptum ex passionali* inscribitur. Initium ab *Andrea* Apost. finis in *Dorothea* V. M. Tum: *Explicit passionale de sanctis curtatum et bonum et cetera. domini leonis licet indignus plebani in Cunczen-dorf*. Locus hic situs est in *Silesia*. Adjecta sunt aliis manibus *Officium de S. Thoma Aquinate* *Vita S. Barbarae*, *S. Sigismundi*, *Willibaldi*, *Herafmi* et *Severini* *Colon.* item *Sermones* II. deprompti, ut additur, e *Jacobino de Voragine* cum *Indicibus*, quos inter varia ad temporis historiam notata sunt, quae huc transfero:

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC. LVIII. obit frater Czenko.

— — — — LXXI. obit frater Johannes Prior Ordinis Crociferorum de Zweretycz.

— — — — LXXVIII. obit Karolus Imperator terre Bohemie.

— — — — XC. obit Serenissimus princeps et prior Semouitus (Ziemouitus aliis 1383.) de Theffyn (Teschinio) in vigilia sancti Andree.

— — — — XCIII. Grande bellum viguit Moravie inter germanos fratres Jodocum et Procopium, et hoc a festo sancti Procopii usque festum Valentini mart. anno emergenti. quia gens ungarica et australica ibidem fremuit sed minime obtinuit erga Marchionem Procopium, Sed nimium desolauerunt eandem terram et specialiter circa castrum Bzeuecz et ab eodem castro altera pars Jodoci fuere repulsi.

Anno

1861

H O M I L E T I C I.

1862

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC. XCVII. obit frater Marcoldus Prior ordinis cruciferorum feria sexta post penthecosten.

— — — CCCC. I. obit frater Hensso de Zwereticz prior Die sancte Agathe virg.

— — — — V. obit Procopius Marchio Die ludmille passionis eius.

— — — — XI. obit Jodocus Marchio Die prisce virginis.

— — — — XIX. obit Rex Wenczeslaus feria quarta post assumptionem beate virginis. Huius temporis orti sunt Hussite in Boemia.

Ad compingendum Codicem utrinque servit Membrana caractere grandi et nitido hebraico non punctato exhibens maximam partem Capp. XXV. et XXVI. Geneseos.

DCCLXXIV.

R. 3120

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 218. 4. caractere crassiusculo exaratus, rubro distinctus et olim *monasterij sancte Dorothee virg. in Vienna est Quadragesimale*, cujus hoc est initium: *Filia populi mei induere cylicio et conspergere cinere. luctum vnigeniti fac tibi. planctum amarum. Jer. VI. Quamuis solempnitas quadragesimalis in sequenti dominica inchoetur. ecclesia tamen hos quatuor dies precedentes addidit. ut quadragenarius numerus impleatur. A prima enim dominica usque ad pascha XLII. dies computantur. de quibus VI. dies dominicales subtrahuntur. solummodo XXXVI. dies ieiunantur &c. Diebus singulis assignati sunt Sermones bini. Quadragesimalibus succedunt Paschales quidam et Dominicales usque*

*Denis Codd. Theol. V. II. P. III.*

ad Dominicam infra Octav. Ascensionis, tum unus in Aduentu, IV. ad Religiosos, et postremus de S. Antonio Patavino. Ad calcem ante Indicem alphabeticum Rerum minio legitur: *Explicit opus quadragesimale fratris Michaelis finitum per manus Nycolai de Mutba. et completum. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIIII<sup>o</sup>. In die —.* Reliqua solicite derasa; per ea vero, quae scripta retuli, linea nigra ducta est. Nescio, dicebam mihi, an isthaec non aliquid portendant. Si chronologiae rationem habeas, e notis Sermocinatoribus, qui Michaelis nomine gavisi sunt, nemo in quaestionem venire potest praeter F. Michaelem de Massa O. Erem. S. Aug. Parisiis defunctum a. 1336. et F. Michaelem de Caesena O. S. Franc. Ministrum Gen. quem a. 1343. Monachii mors abstulit. Utrique tribuuntur Sermones a Literatoribus. Cur vero in posteriorem quis inclinet, illud est: nota sunt in eum Ludovico Bav. Imp. adhaerentem Johannis XXII. fulmina. Quid si Rubrica partim derasa, partim linea nigra perfossa signum fit reprobationis illius, tanquam

F

Auto-